

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtvte Religionis, Et Ei Annexis; Continens septem Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine septimus, est de Oratione
... Septimus, & latissimus, de Beneficiis Ecclesiasticis

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Qualiter ordo, & intentio illum recipiendi pro singulis beneficiis requiratur.
punct. 7

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76561](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76561)

bus existentibus in loco, vbi non est erigendum seminariu[m] ;
qua ratione ipsius haec qualitas in magistro expostulatur. Garcia
supra, n. 35, referit a facie congregatione decimum.

15 Item statuit concilium *ff. 24. c. 12. de reformat.*, cundem
gradum doctoris, vel magistri, aut licentiati in theologia, vel
iure canonico requiri in Archidiaconis, qui oculi dicuntur Epis-
copi, cap. ad hoc, de officio Archidiaci. Quod intelligi debet de
illis Archidiaconis, qui iurisdictionem contentiousam habent; iux-
ta ist. de officio Archidiace. Secus vero de illis haec iurisdictio[n]e
ex recepta conseruandis carent, sic Anatal, Germon, tract.
de iudiciis. Cardinal. §. quibusvis num. 4. Riccius in praxi fori
Ecclesiast. lec. 473. in 1. edit. & resolut. 497. num. 3. in 2. edit.
Garcia de benef. 7. part. cap. 7. num. 40. & 46. Barbola 3. part.
de p[ro]fess. Episcop. alleg. 60. num. 60. Item debet intelligi de Archi-
diaco[n]o, qui est caput capituli, & primus post Ponificem, qua-
lis nullus est in Hispania ; nam in facultatibus Ecclesie est de-
canus, in regularibus prior. sic Nauart. c. 25. n. 13. Garcia n. 34.
& seqq.

16 Pro decanatu Ecclesie Cathedralis, vel prioratu regularis
nullus gradus doctoris, magistri, vel licentiati expostulatur ne-
cessarius à concilio : sed solum pro iis, & alijs dignitatibus tam
Cathedralis, quam collegiat[is] Ecclesie h[ab]ent horum concilium *ff.*
24. cap. 12. vt non nisi doctoribus, magistris, vel licentiatis con-
ferantur, & insuper ut saltem dimidia pars canoniciatum iis
graduatis detur. Garcia numer. 43. & seqq. Barbola alleg. 60. n.
58. & 61.

17 Solum pro canonico penitentiario Ecclesie Cathedralis
expostulavit concilium *ff. 24. c. 8. de reform.* gradum doctoris,
magistri, vel licentiati, quando alia pro loci qualitate reperiri
potest. Garcia 7. p. de benef. c. 4. n. 32. & c. 7. n. 49. Barbola alleg.
65. n. 4. & alleg. 60. n. 68.

18 Adiuverit collatione supradictarum dignitatum, Episco-
patus, scholastria, Archidiacona factam carientibus gradu re-
quisito à concilio, esse nullam ; qui est contra formam ab ipso
praeceptam : sic Garcia, Barbola & Azor, *supra*, tametsi contraria
sententia Lessius lib. 2. cap. 34. dub. 19. num. 206. existimat
namque quando ius statutum is p[ro]viduum gradum requi-
rit, sufficere, si tempore electionis, seu collationis habili sit
ad illum statim sumendum. Quia non videatur cum eo rigore
decererum intelligendum, vt actu gradum habeat : si enim sa-
cerdotium, quod in beneficiis curatis requiritur permittit ius,
vt post assumptum beneficium accipiat, etiam id petmittere
debet de gradu doctoris, vel licentiati, qui non est ita necessa-
rius. Sed hac interpretatione nimis late est; neque item funda-
mentum habet, maximè si verbis negari[us] gradus requisitus
sit, vt dictum sit, non conferatur beneficium, nisi ei qui gradum
habet. His enim verbis solum habent illam qualitatem actu
denotatur posse conferri. Neque argumentum de sacerdotio in
parochialibus requisito virget, cum ex iure ipso constet non pre-
requiri ad collationem, sed subiecti illam vide Garciam 7. p. de
benef. c. 1 à n. 61.

19 Difficilas tamen est; an si gradus sit obveniens absque
scientia competente profi, ne prouisio irrita sit? Ratio difficul-
tatis est; quia hic gradus non tam pro se, quam pro scientia,
quam supponit expostulatur, neque gradus inanis doctorem fa-
cit, sed licentiati. Deinde quia Trid. *ff. 12. cap. 2.* norante di-
xit non esse in Episcopum eligendam, nisi qui in viuenteritate
doctor, magister, vel licentiatus merito sit promotus. Qui au-
tem abique competenter scientia promotus facit, non est
merito promotus. Ergo non habet qualitatem à concilio requi-
sitam.

Nihilominus tenenda est contraria sententia, qui communi-
nior, & benignior, nempe collationem factam sic parum litera-
to validam esse, eo quod gradus collatus validus est, &
consequentes illum habens privilegia graduavis competencia habe-
re debet. Alijs si ob defectum aliquis scientia, gradus qui in
vianteritatibus conferuntur nulli essent, & sic graduati privile-
giis graduatorum vi non possint, platura inconvenientia inde-
sequeantur. Dicendum ergo est & validos esse gradus, &
collationem dignitatis ; sic docet Azor, 2. part. in his moral. lib. c. 6.
quasi. 1. Garcia alias relatis 7. p. c. 7. num. 50. Barbola alleg. 55.
num. 5.

20 Sed quid si gradum assumplisti contra constitutiones, &
confuetudinem viuenteritatis, vt si falsò probasti cuiusvis necessi-
tatis, vel descriptionem in matricula, vel non seruatis formam in
examine praeceptam?

Distinguendum est cum Azor. & Garcia *supra*. Si supradictæ
constitutiones ita expostulent cursus, & descriptionem in ma-
tricula, & formam examini, vt declarerit susceptionem gradus
aliter factam nullam esse (vt in omnibus fecerit viuenteritatis
est statutum) collatio beneficii gradum supponens invalida erit.
Quia idem est non habere gradum, ac illum habere nullum. Et
iura requirentia gradum, de gradu valido debent intelligi.

1. 4. 8. *on demandam ff. de re iudic.* At si iure ipso
gradus non irrueatur cum validus per-
sistat, collatio beneficii
valida erit.

P V N C T V M VII.

Qualiter ordo, & intentio illum recipiendi pro
singulis beneficiis requiratur.

- 1 Nullus est capax beneficii, qui prima tonsura iniciatus non fu-
religio vero ordinis ad beneficia non praequiritur.
- 2 Ad Episcopatum debet sex mensas ante in subdiaconatu esse.
- 3 Suscipiens parochiale tenerat intentionem habere intra an-
num presbyteri accipiendi.
- 4 Quid si cum animo dubio, aut conditionate, alij affirmant
peccatum, & obligationem restituendi fructus.
- 5 Alij negant.
- 6 Media via proceditur.
- 7 Ante iudicis sententiam debet fructus perceptos restituere,
qui sacerdoti beneficium parochiale absque animo sus-
cipiendi praebyterum.
- 8 Si absque animo sacerdotij beneficium est suscep[t]am, & ma-
tata voluntate sacerdotorum intra annum suscep[t]i,
obligatio non est fructus restituere.
- 9 Explicatur supradicta.
- 10 Si recipiunt beneficium curat[um] animo te promovendi ad la-
cervorum, & culpabiliter promotus non sufficit, Alij af-
firmant te esse obligatum restituere fructus. Alij probabile
negant.
- 11 Stipendium vicario concessum deducendum est.
- 12 Non est peccatum falso mortale accipere beneficium animo
satisfaciendi illius oneribus, dum retinetur, sed cum va-
luntate permundandi, vel resignandi ex tempore, quo in-
terior permisit.
- 13 Quid dicendum de hac intentione in receptione dignitatum,
quibus animarum cura annexa est?
- 14 Recipiens beneficium simpliciter, quibus ordo sacer annexi est
absque animo illum recipiendo, ejo pecet, non tamen
ante sententiam fructus perceptos restituere.
- 15 Quia culpa sit recipere beneficium animo non ascendens ad
ordinis, sed beneficij redditibus fraudandi & soles illud &
statum clericalem dimittendi & Preponit quod coram
est.
- 16 Affirmant aliqui esse mortale. Alij veniale.
- 17 Resolutur per se nullum esse.

1 Ceterum est apud omnes neminem beneficii, quantumvis
minimi, capacem esse, qui prima tonsura iniciatus non
sit : cap. cum adeo de rescript. cap. ex litteris de translati. cap. de
inst.:

Alij autem ordines, predicto iure communi, ad nullum benefi-
cium necessario praequiruntur, tamen debent subiecti per be-
neficium suceptum.

2 Solum de Episcopatu est à Concilio Tridenti *ff. 12. c. 4.*
de reformat. requiri, vt ante sex mensis spatio, quam ad
ipsum assumari, si in statu ordine constitutus. Sed an suffici-
t[er] esse in subdiaconatu, an vero debetas esse in religio ordinis
saceris constitutis? non facit exploratorium est. Videatur debet om-
nibus sacerdis ordinibus esse infungitur. Tum quia Greg. XIV. in
illa bulla edita 15. Maii 1590, que incipit, Omnis Apofolica in
numero plurimi dixit debere esse sacerdos consuetum iuxta ter-
ram in cap. Osis 61. dif. Ergo non solum subdiaconus, sed
diaconus, & presbyteratus requiritur. Et ratio est potest,
quia ad Episcopatum omnes facti ordines praeponendi sunt.
Ergo in omnibus illis debet esse ante versatus : & ita teat
August. Barbola de officio, & post Episc. 2. part. alleg. 1. 37. 20. illo
minimo existimо sufficeret. si in subdiaconatu ordine per lex
mens ante versatus fuerit, sic indicat Lessius lib. 2. cap. 34. dub.
19. n. 28. Azor. 2. p. lib. 6. c. 8. 1. Moucor, quia in eis multa fa-
tate, & qualis, expedit dicitur posse subdiaconum in Episcopu[m]
eligere, qui textus non videtur esse per concilium rovocatum,
sed solum additum, vt in illo ordine per sex mensas ante versatus
constitutos. Deinde quia concilium solum sacram ordinem expo-
stulat. Et licet Gregor. XIV. in sua bulla a suis fuerit picti numero
10, spectant communem ultimam loquendi, quo subdiaconatu
datus dicitur esse sacerdos.

3 Quidam intentionem vero suscipiendo sacerdotum ordinem, nequa-
statum clericalem descendendi, gravior dubitatio est, pro quibus
beneficiis requiratur?

Et in primis dicendum est suscipientem parochiale benefi-
cium obligatum esse sub mortali habere intentione super-
ponendi intra annum presbyterium, iuxta text. in e. litteris can-
di electio. in 6. Alijs teneri fructus suscep[t]os restituere, i. quia
illios fraudulentem recipiunt (nisi voluntate mutata promotus
fuerit.) sic haberunt expeditum in e. commiss. ver. extenu. de
elect. in 6. immo non solum sic recipiens beneficium obligatum est
illius fructus restituere, sed etiam confitens, si illam prauam
intentionem fecit, quia fraudi cooperatur: sic in supradicto
textu. Quod intelligendum est calu quo accipiens beneficium
non restituerit; quia conferens solum in defectum beneficium
primo

primo obligati tenetur: sic Glossa in supradicto textu in fine Dominic. n. 2, Sanch. lib. 7 de matrim. disp. 45, p. 2. Vsq. opus. de benef. c. 3, §. 3, n. 31. Is positus, ut et ceteris.

4 Dubium est, an satis facias huic obligationi; si cum animo dubio, habitas, inquam, ait suscepimus sis ordinem; an non; vel cum animo conditionato nimurum presbyterium suscipiens, nisi tibi aliquid fortis contingat, beneficium accipias parochiale;

Negat in vitroque casu te satisfacere obligationi Sotus l. 10, de iust. q. 5, art. 6, colum 2, vers. & nota, Azor. 2, p. lib. 6 cap. 9, q. 3, Gutier. lib. 2, canon. q. cap. 3, à num. 2. Mouentur, quia textus in cap. commissaria absolutum intentionem assumendi presbyteratum videtur expostulare. Inquit enim textus. Ceterum si promoueri ad sacerdotium non intendens parochiale recuperis eccliam, ut fructus ex ea per annum percipias, ipsam postmodum dimisurus (nisi voluntate mutata a promoto fueris) teneberis ad restitutionem fructuum eorumdem, cum eos recuperis fraudulenter. Quemadmodum sub conditione tantum intendis, absolute non intendit promoueri. Ergo non satis facis obligationi textus. Addes, absolute recipis fructus absque villa conditione. Ergo absolutam habete debes intentionem, cum fructus ob seruitum futurum falem in tua intentione concedantur. Contrarium tamen in vitroque casu nempe neque peccare; neque ad restitutionem fructuum te obligatum esse sic beneficium suscipientem, tenet Nauar. cap. 25, num. 118. & de orat. cap. 21, num. 45. Et cor. 17, de derico non residente. Graffis in decim' aureis lib. 2, cap. 97, num. 55. Garcia 3, part. de benef. cap. 4, num. 46. & 48. Mouentur, qui in dolo cap. commissaria, fructus mandantis restituisti ei, qui receperit Patrochalem Ecclesiam, non intendas ad sacerdotium promoueri; qui autem dubium animum habet, dici non potest, quod non intendere ad sacerdotium promoueri, cum potius de promotione dubitanter. Ergo non proponit contra dictum textus. Et confirmo: Qui sic dubius recipit beneficium, fraudem non viderit committere, cum fructus in eo consistat, ut accipias beneficium animo fraudi fructibus illo anno postmodum dimisurus. Item à restitutione fructuum excusat sic fraudulenter beneficium recipiens, si mutata voluntate promovit fructus. Ergo nōgnum est voluntatem priorem non dubiam, sed absolutam non proponendi suffit debere.

5 Ceterum credo media via procedendum esse, & affirmandum, si animus dubium habas, te peccate mortaliter, & obligatum esse fructus restituere, nisi deposito illo animo dubio intentio ordinis, secus vero si animum conditionatum habebas: sic Ludovic. Lopez. i. p. instrutor. cap. 25, colum. 7, Vega 1. tom. 1. cap. 36. cap. 23. Manuel 7. tom. sum. 2. edit. c. 30 num. 6, concil. 6. Thom. Sanch. 1. 7 de matrim. disp. 45, num. 10. Ratio prioris parti est: Quia dubium habens animum promovendi, caries animo, & voluntate promotionis. Ergo peccas mortaliter, si beneficium suscipiens, & retinens cum obligatus si habet voluntatem ea implendi, que tali beneficio anima sunt. Et confirmatur. Stante tali animo dubio, nunquam promoveti potes. Ergo non potest esse intentio sufficiens ad beneficium suscipiendum. Ratio vero secundae parti, ea est; quia voluntas conditionata vera voluntas est; illa postea ordinis suscepit potes, si beneficium non dimittas.

6 Secundo dubitabis, an in foro conscientiae ante iudicis sententiam obligatus sis restituere fructus perceptos ex beneficio accepto abhinc animo sacerdotium suscipiendo. Ratio difficultatis est: quia ob defectum illius voluntatis non redditur nulla beneficii suscepit, siquidem mutata illa voluntate, & ordine accepto beneficium & fructus retinet potes absque nova collatione. Ergo sicutum est collationem priorem validam fuisse, ut relatio Nauar. d. cap. 4, t. de orat. num. 48, docet Sanch. d. disp. 45, num. 5. Si ergo valida est beneficium collatio, fructus inde accepti tui sum. Ergo obligatio illos restituendi solum ex lege habetur; nulla autem lex videtur obligare, ut quis ante sententiam falem declaratoria criminis in scipo penam exactetur, & se prius iure quicunque, ut latius, tract. de legib. disp. 2 punct. 2. dictum est. Ergo ante sententiam non eris obligatus fructus, quorum habes dominium, restituere.

Nihilominus tenenda est communis omnium sententia, ut obligatum esse in foro conscientiae ante vilam iudicis sententiam hanc facere restitutionem: sic Nauar. cap. 21, t. de orat. num. 47, & 49. Gutier. lib. 2, canon. ques. cap. 5, num. 10. Sanch. lib. 7, disp. 45, num. 3. Lessius lib. 2 de iust. cap. 34, dub. 10, à n. 100, & dub. 26, per rotam. Vsq. opus. de benef. capit. 3, §. 3, dub. x. n. 41. & alij apud ipsos. Ratio ca videtur esse, quia eft beneficium acceptio valeat, & fructus percepti tui sint. At horum valor, & firmitas pender ex quo voluntatem mutes: si enim illam prauam voluntatem non suscipiendo sacerdotium non relinquis, titulus beneficij & dominium fructuum sic lege disponente cuandem. Negari enim non potest, Pontificem posse beneficium titulum, & fructum dominij sic concedere. Quod autem de facto sic concessum sit, communis doctorum explicat, & verba, d. cap. com. missa clare demonstrant.

7 Tertio dubitabis, si absque animo sacerdotij acceptisti beneficium, postea voluntatem mutata, & sacerdotium suscipiens, de his restituere fructus perceptos illo tempore, quo debita

intentione caruisti? Affirmat Sotus lib. 10, de iust. q. 5, art. 6, col. 3 & indicat Toler. lib. 5, sum. cap. 5, num. 1. Moueri possunt, quia non est æquum, ut superueniens voluntas ius ad fructus decuros, & male perceptos concedat, illaque clausula d.c. commissa, nisi voluntate mutata, promotus fueris, ad fructus futuros, non ad præteritos debet extendi.

Sed absque dubio tenendum est, te non esse obligatum restituere: sic Glossa d.c. commissa, verbo mutata, verbo promouendum & ibi Atchidiac. in fin. Nauar. c. 21, de orat. num. 46. Et 50. Sanch. lib. 7, de matr. disp. 25, numer. 7. & 9. Vsq. t. 2, t. 2, disp. 160, n. 35. Lessius lib. 2, cap. 34, n. 13. Stat. de legib. lib. 4, c. 13, n. 30. Garcia 3, p. de benef. cap. 4, num. 51. Ratio est, quia textus in d. cap. commissa expresse statuit te obligatum esse fructus restituere fraudulenter perceptos, nisi mutata voluntate promotus fueris; sed nulli alijs iuri fraudulenter percepti, nisi illi qui recipiuntur absque animo suscipiendi sacerdotium. Ergo horum restitutio cessat mutata voluntate, & ordine suscepito. Et confirmo. Per mutationem voluntatis, & sacerdotij aliumpli cessat fructus commissa a suscipiente beneficium, quia in eo sita erat, ut vellet fructibus beneficii sui per annum absque sacerdotio, postmodum beneficium dimisurus. Ergo non imposita ob illam fraudem, non potest in hoc casu habere locum.

8 Dixi te esse excusat à restitutione fructuum, si mutata voluntate ordinem suscipias. Quare non suffici mutata voluntatem, sed perseverare in illius mutatione cum effectu ordinem suscipiendo. Alias vanam est talis voluntatis mutatio. Sanch. d. disp. 45, num. 9. Garcia 3, p. de benef. cap. 4, num. 51. Azor. 2, p. 6, c. 8, quas. 10. Quapropter si voluntatem mutes eo tempore quo iuste non potes sacerdotio insigniri, nequam à restitutione excusat; quia illa voluntatis mutatio vanam est, & inutilis, & morā purgare non potest; sic Azor, loco alleg. Verum si voluntatis mutatio contingat eo tempore, quo potes iure ad sacerdotium promoueri; ad de facto non promouensi, quia insitum es, vel quia Episcopus est absens, vel quia noui vult te ordinibus insignire, vel quia tecum dispensat ex aliqua causa legitima; sufficiens à restitutione excusat. Quia per te nos lati culpabilitatem non promoueri, sic Sanch. lib. 7, disp. 45, n. 8.

9 Quarto dubitabis, si recipisti beneficium curatum animo promovendi intra annum, sed postea voluntate mutata promotus non fuisti, tenebris fructus illo anno perceptos restituere. Affirmat Glossa in d. cap. commissa, verbo non intendens, & ibi Dominicus §. ceterum, n. vnic. Sotus l. 19, quas. 5, art. 6, concil. §. Gutier. lib. 2, canon. ques. cap. 5, n. 13. Toler. lib. 4, sum. c. 18, n. 4. Graffis 1, p. decim' aureis lib. 2, cap. 97, num. 54. Azor. 2, p. lib. 6, c. 9, quas. 2. Garcia 3, p. de benef. c. 4, num. 55. Mouentur, quia eadem videbas esse ratio in retenzione ac in prima beneficij acceptance. Negarique non potest te cum fraude beneficium retinere ad luxuriantes fructus; debes ergo illis priuari; quia fraus, & dolus nemini patrocinari debet. Adde fructus patrochialis beneficij datum ob seruitum sacerdotale præteritum, vel quod faciendum speratur; at noles ordinari neque praestans officium sacerdotale, neque sperat praestandum. Ergo non habet titulum ullam ad fructus percipendos. Ergo ab illo tempore, à quo intentio mutata, obligatus eris fructus restituere.

Nihilominus esti supradicta sententia sit satis probabilis, probabilius est te obligatum non esse fructus perceptos illo tempore restituere, tamen si grauissime peccasti: sic Nauar. cap. 21, de orat. num. 50. Et in sum. cap. 25, num. 118. Ludovic. Lopez. i. p. instrutor. c. 25, colum. 3. Man. 1. t. sum. 2. edit. cap. 30, num. 6, concil. 6. Vega 1. t. sum. cap. 36. cap. 13. Thom. Sanch. 1. de matr. disp. 45, num. 1. Lessius lib. 2, de iust. c. 34, n. 34. Et seqq. Ratio est, quia legis penales extenduntur non sunt ultra casum explicitum. Ut luptatibus lex relata in cap. commissa, loquitur expresso de eo, qui recipit beneficium absque intentione premonendi, non de eo, qui bona intentione recipit, & mala retinet. Ergo ob retentionem obligari non debes ad restituendum faciendum. Adde non esse eandem rationem in retenzione, ac in prima acceptance. Quia prima acceptio ius in beneficium, & in fructus tribuit; eaque de causa grauorem fraudem committit; sic beneficium recipiens, quam qui solum illam fraudem in retentione habet.

10 Sed quidquid sit de hac obligatione, illud existimo certum deducendum esse stipendum quod vicario conceditur, quia cum validè beneficium retinetur, neque illo nisi post annum priuatur, licet designat administratorem, & consequenter stipendum; sic Gutier. lib. 2, canon. q. c. 5, n. 23, in fine, tametsi contrarium sentiat Garcia c. 4, num. 56.

11 Quinto dubitabis, si recipiens beneficium patrochiale cum animo illud resignandi, vel permittandi pecces, obligatur, quia si fructus eo tempore, quo non resignas, perceptos restituere; Et quidem te obligatum esse habeat animum bene facio inferiendi, & illius oneribus satisfaciendi, dum resines, clarum est: alias mortaliter peccabis, & obligationem restituendi fructus habebis, quam habent non residentes, de quibus disp. seqq. At postea voluntate promovendi intra annum, si beneficium recines, & inferiendi dum illud resines, non credo te peccatum falem mortaliter, ex eo quod accipias animo resignandi, vel permittandi eo tempore quo resignationem,

vel permutationem superior petmiserit. Neque enim recipiens beneficium obligatus est illud semper tenire, sed potest illud permute, vel resignare, ut pannis contingit. Ergo habens hanc voluntatem, cum beneficium suscipit, nihil iuri contrarium facis, tametsi vox die illud retine proponas; sic Nauarr. lib. 1. consil. ii. de probandis. conf. 24. num. 1. & sanch. lib. 7. de matr. disp. 45. n. 1. Valq. opus. de benef. cap. 3. §. 3. dub. 1. in fine. Lefsius dicit: non esse peccatum mortale, lib. 2. c. 4. dub. 1. 6. n. 13. 6. Hacufque de beneficiis parochialium suscepione: Sed quia sunt dignitates curam animarum habentes, aliaque beneficia simplicia.

12. Sexto dubitate poteris supra dicta intentio recipiendi sacerdotiorum in beneficiis parochialibus, debet adesse in receptione dignitatum, quibus animarum cura annexa est, ita ut si recipias aliquam ex his dignitatibus, non intendens promoueri, sed fructus percipere fraudulenter, tenearis & dignitatem dimittas, & fructus restituere, nulla expectata sententia; si voluntate mutata intra annum promotus non fueris? Videtur dicendum te esse obligatum, quia haec dignitates beneficiis parochialibus in iure & quiparantur, maximè cum sit eadem ratio. sic Vals. opus. de benef. cap. 3. §. 3. num. 3. Sed nihilominus contrarium non videtur improbatum, quia *textus* in cap. commissa, cap. licet canon. cap. ex eo de electione, in 6. solum loquuntur de beneficiis parochialibus: non igitur dignitates sub iis comprehenduntur, præcipue cum in cap. cum in cunctis. §. infraeius de electione, tanquam distincta a reliquo beneficiis curatim apponuntur. Deinde quia in eo cap. cum in cunctis, & in concilio Trident. sess. 24. de reform. cap. 12. statutis sufficiuntur has dignitates debere intra annum sacerdotio ordinari; alii si ad moniū non fecerint, priuenter Ecclesia. At in cap. commissa, inuenito cap. licet canon. nulla precedente monitione priuauerit beneficio, qui intra annum non suscepimus ordinem requisitum. Ergo non est eodem tenore de beneficiis parochialibus, ac de dignitatibus curam animarum habentibus procedendum; & ita teneat, alii relatis. Garc. 3. p. de benef. c. 4. n. 20.

13. Septimo dubitabis de aliis beneficiis simplicibus, an inquam recipiens ea absque animo recipiendo ordinem sacram eius annexum obligatus sit fructus percipere restituere, nulla expectata sententia? Aliqui affirmant, quia videtur esse eadem ratio, ac in beneficiis curatis; si quidem & quae fraudulentem illos recipis, ac recipis fructus beneficii curati, & cum omnibus obligatio assumendum ordines annexa sit. Sic Jacob. de Graff. de c. consilium consilient. lib. 2. cap. 97. n. 55. Garcia, alii relatis. 3. p. de benef. c. 4. n. 38.

Sed dicendum est te obligatum non esse his fructus ante sententiam restituere: sic Nauarr. cap. 21. de orat. c. 51. & in sum. cap. 25. num. 118. Sanch. lib. 7. de matr. disp. 45. num. 13. Salas de legib. disp. 9. sct. 1. num. 1. Lefsius lib. 2. cap. 34. num. 132. Gutier. lib. 2. canon. quæst. cap. 5. num. 24. Azor. 1. p. lib. 6. cap. 9. quæst. 1. & 7. Valsquez opus. de benef. cap. 3. §. 3. dub. 1. & alii plures apud ipsos. Ratio est: quia in dicto cap. commissa, solum de beneficiis parochialibus disponit: non igitur ad simplicia penalis constitutio extendenda est, præcipue cum longè minor culpa inveniatur in receptione beneficiorum simplicium, quam curatorum. Adeo his beneficiis simplicibus ordinem factum habentibus annexum, neque canonicus, dignitatis &c. imponitur pena prima medietatis fructuum. Secunda omnia, ac tandem beneficiorum. Ergo signum est ipso iure, & nulla expectata sententia nullam esse obligationem fructus restituendi.

14. Octavo dubitabis qualiter culpam committens beneficium simplex recipiens animo non ascendendi ad ordines, sed potius relinquendi statum clericalem, postquam aliquo tempore fructus beneficii percepisti? Quia in re omnibus compertum est, si beneficium ordinem annexum habet ex iure, constitutione, fundatione, aut confusione, te graueri peccatum si absque hac intentione beneficii accipias. Quia caries intentione obseruandi ius. At si beneficium nullum ordinem annexum habeat, qualia lira in Hispania plurima præfimonio, & capellania, & canonici ecclesiastum collegiatarum; quibus satisfacis, si in habitu clericali incedas, & officium diuinum recites, credo te non peccatum, tametsi voluntate habeas non afflument ordines sacros: quia haec voluntas non est contraria alii præcepto, cum nullo præcepto tenearis illos ordines lactos alium. sic Nauarr. cap. 3. num. 18. Graff. de c. consilium consilient. lib. 2. cap. 97. n. 55. Sanchez. lib. 7. disp. 45. n. 17. Garc. 3. p. benef. cap. 4. num. 42.

15. Maior dubitatio est, an pecces, si hoc beneficium accipias animo suendi eius finibus aliquo tempore, & post modum relinquendi transfeudo ad statum coniugalem. Te peccare mortaliter affirma Sotus lib. 10. de insin. q. 5. art. 6. colum. 4. Tolter. lib. 3. summa. cap. 18. num. 4. & lib. 5. c. 5. num. 5. Nauarr. miscell. de orat. 44. in noua ed. n. 1. Mouentur, quia decipit Ecclesiam, que tibi beneficium non conferret, si sciret cum hac intentione alium. At Thom. Sanchez. lib. 7. de matr. disp. 45. num. 19. solum agnoscer peccatum veniale in hac intentione, si voluntatem habeas beneficio inferiendi, eiusque obligationibus latifaciendi: consentit Lefsius lib. 2. cap. 34. dub. 16. num.

132. ea inquam limitatione apposita, si studiorum causa, &io. que sine honesto ducaris. Priorum partem sic probant i quia nullo iure naturali, neque positivo recipiens beneficium obligatur in illo statu perseverare. Ergo non peccas grauius habes voluntatem non perseverandi. Quod autem culpam veniale in tali intentione committas probat ratio superius alta, quia aliquid beneficium in statu clericali ordinatur.

16. Ceterum crederem probabilius per se nullam esse culpam in tali intentione. Quia nulla potest esse culpa, nisi vidi aliquid præcepti violatio: at nullum est præceptum politum, nec naturale obligans beneficium ex sucteptione beneficii ad perseverandum in statu clericali: immo potius à iure liber transitus ad nuptias beneficiariis conceditur, modo beneficii relinquere. cap. Ioannes. cap. diuersis fallatur. de clericis coningato. Ergo nulla potest esse culpa non perseverandi in illo statu. Addo si aliqua esset culpa, grauius deberet esse. Quia relinquere statum clericalem grauius materia est. Neque in hac intentione Ecclesia decipitur, neque iustitiae initia, cum non incendas aliquid contra id, quod ab Ecclesia est dispensatum. beneficium enim datur ad perseverandum beneficium in statu clericali, eo tempore, quo beneficium habuerit, non tamen cum obligacione, ut semper beneficium retinetur, & statum incomparabilem non accipiat. Sic Garcia. 3. p. de benef. c. 4. n. 43. & clarò indicat Nauarr. cap. 21. de orat. n. 52.

P V N C T V M . VIII.

De carentia censuræ, irregularitatis, alteriusque impedimenti ad beneficium requisita.

1. Carentia censura, & irregularitatis, &c. requiruntur.
2. Item carentia vxoris.
3. Apponit quendam limitatio.
4. Ex Episcopi dispensatione aliqui affirmant coningatis cap. em esse beneficiorum. Alij verius negant.
5. Item debet esse carentia bigamia. Sed an ex dispensatione Episcopi capax beneficiorum bigamia esse possit. Alij affirmant.
6. Probabilitate est incapacem esse, si bigamia propria, & innatissima sit.

1. C *Ertum* est excommunicatum excommunicatione maiori, & suspensum, & interdictum inhabentem esse beneficii recipiendi, ut latè dicendum tractat de excommunicatis. *Ibidem*. & interdicto. Idem dicendum est de irregularitate, ut in a. dem tractat: notamus.

2. Præter supradictum carentiam, aliam habebes, scilicet vxoris. Vxorati namque beneficiorum sunt incapaces, ut tradunt omnes in cap. 2. de clero coniungato per textum. *Ibidem* inquit Pontifex. Prouides attenues ne deinceps clerici conjugatus ad beneficium Ecclesiasticum aut sacros ordines vel administrationes Ecclesiasticas admittantur, nisi forte conjugatum non perpetuum, & qui virum & virginem habuisse vorer. Et quibus verbis constat, coniungatum non solum incapace esse beneficii recipiendi, sed etiam cuiuscunque Ecclesiastice administrationis: hic relata Cœlare de Graff. de c. 14. & 91. tunc Garcia 7. p. de benef. cap. 5. num. 3. Sanchez. lib. 7. disp. 41. n. 3. Quod adeo verum est, ut regula de triennali posse fuisse si habesset non posset: qui omnino est incapax fieri laicos beneficii acquirendi & retinendi: Rebuff. de pacifico. off. 18. in fine. Ludouicus Gomez reg. de triennali. q. 16. s. sed breviter. Sanchez. lib. 7. de matr. disp. 45. num. 15.

3. Limitata tamen est haec doctrina ex supradicto textu illi vxori consentiat, ut ad ordines ascendar, & ipsi si inuenit est religionem profiteatur, vel si propter locum votum castitatis contrahat: quia si contentient, & professionem emittente non viro recursus ad coniugium. Et idem est, quando viri legem manu diuiniti caulam habent, posset tunc ordinibus ingredi, & beneficium accipere: sic Sanchez. n. 16.

4. Quod si inquis, an ex Episcopi dispensatione capar conjugatus sit beneficii acquirendi? Affirmant plures, quos videt Sanchez dicta disp. 42. n. 17. capacem esse beneficii simplicis, focus curati. Mouentur ex c. Ioannes. de clericis coniungatis. & si superponitur coniugatus percepere possit beneficium. Deinde Episcopus dispensatio cum homicida in beneficio simplici, & cum regulari cap. ad audienciam, de homicidio. cap. Henric. de clero pugnante in duello. item cum deposito. cap. Salomon. 6. s. *Ibidem* ergo cum vxorato poterit dispensare.

Nihilominus verius est solum Pontificem hanc dispensationem coaddere posse: sic pluribus firmat Sanchez. supra. num. 11. Garc. 7. p. de benef. cap. 5. Ratio videatur manifesta: quia ipsi Episcopus interdictum conferre beneficium coniugatus. cap. 1. & cap. diuersis. de clericis coniungatis: & si scienter ea concubitus, spoliandi sunt per superiorem. Ergo Episcopus non est datum ea conferre. Neque obstat *textus* in cap. Ioannes, supponit coniugatum habere beneficium: quia potest explicari ex dispensatione Pontificis. Minus obstat, quod Episcopus cum homicidio.

DE
CASTI
PAL
TIO
B